

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Theokritu eidyllia, tutesti mikra poēmata  
hex-kai-triakonta**

**Theocritus**

**Francofurti, 1553**

**XXXI: Hercvliscvs**

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-724](#)

### EIDYLLION XXX.

Quem non ferens, ut illi  
Nudum femur uolebam  
Insanus osculari,  
Illi sed innocentii  
Miser & mihi nocebam.  
Hos nunt Venus prophanos  
Puni, recide dentes  
Superfluos: quid autem  
Fero amplius: sed hec si  
Sat is ampla poena non est,  
Et ipsa labra puni  
Hec: illius querentis  
Venus miserta iussit  
Amoribus proteruis  
Ut uincula dura soluant,  
Et liberent ligatum.  
Qui mitis inde syluam  
Nunquam subiuit altam.  
Sed ignibus propinquans  
Suum nocentem amorem  
Incendit & perusit.

### THEOCRITI HERCVLISCVS,

#### Eidyllion XXXI.

Vinq; bis Alciden mensis etatis habentem  
**Q** Alcmene Mideatis, & una nocte minorem  
Iphiclu, quādoq; lauās ac lactibus implens  
Ambos imposuit clypeo, quem fortis ahenum  
Amphytrion Pterelæ, scuū haud ignobile quondam

Quem nobis

THEOCRITI

Eripuit cæso, capita hinc puerilia tangens,  
Sic pueros affata suos est prouida mater,  
Claudite nūc oculos, dulcemq; capessite somnū  
Infantes animæq; meæ, dormite beati,  
Euigilate iterum uenture lucis ad ortum.  
Hec ubi dixisset, velut incunabula leni  
Versabat motu clypeum, tunc mollior illis  
Obrepdit somnus. Sed adacto tempore postquam  
Frigida iam medianam uoluebant sydera noctem,  
Humenterimq; poli stabat Borealis ad arcton  
Ensiser, & magnos humeros monstrabat Orion,  
Tunc meditata dolos furij exercebat Iuno,  
Horrentes squamis duo pessima mōstræ dracones  
Cæruleis innisit: at illi limine ab ipso  
Plana pavimenti uerrunt loci, nigra trahentes  
Corpora, sanguineos oculis spirantibus ignes,  
Membra uoraturi ceu primus Herculus ibant,  
Triste minabundo spargentes rore uenenum.  
Iamq; propinquabant pueris, uibrantibus ora  
Sibila lambentes linguis, loue cuncta uidente.  
Excutebantur somno Mideatide nati  
Almenatum lux uila est insueta per omnem  
Effulgere domum: postquam tunc uidit in p' o  
Serpentes clypeo, dentesq; horrore tremendos,  
Aspergit, mox Iphiclus puerilia multo  
Frigidus ossa metu uagitus edidit, altis  
Disjiciens pedibus uillose tegmina uestis,  
Tanquamq; cuperet fugere atq; euadere ab hoste.

A*t*

### EIDYLLION XXXI.

At puer Alcides nibilo conterritus, ambas  
Extenditq; manus, anguesq; prehendit, & urgens  
Pugnisq; & grauibus connectit guttura uincis,  
Plurima qua tetri sunt semina parte ueneni,  
Quos etiam superi oderunt, serpentibus atris.  
Illi autem crebro repetita uolumina circum  
Nec lebant puerum, paulo ante in luminis auras  
Progenitum superas, & adhuc lactentia labris  
Ubera fugentem, neq; sub nutrice gementem.  
Mox iterum passo dissoluunt corpore gyros:  
Namq; fatigati spinas, euadere querunt  
Vincula, quæ numio iam dura labore ferebant.  
Audijt Alcmene clamorem ac territa primum  
Consurgit, taliq; uirum sermone fatigans:  
Surge ait, Amphitriō, nā me timor anxiu urget  
Surge age, nec pedibus circundare sandala cures.  
Num ne audis pueros? quam clamat iunior autem.  
Non ne uides intempesta quia nocte resulgent  
Luce noua clar. q; hæc tota cubilia nondum  
Quum tamen illa dies crocos detexerit ortus.  
In nostrā noua monstra domū uenere: quod adsit  
Est aliquid mihi crede nouum, sic dixit, at illi  
Moriger Amphitryon consueta cubilia liquit,  
Artificiis manu factum prorupit ad ensim  
Appensum clavo, quem cedrina sponda tenebat.  
Tunc primum zonæ pulcherrima cingula nuper  
Contextæ petit, inde manu properante prehendit  
Yaginam nigrae graue opus de stipite Loti.

THEOCRITI

Tunc ingens thalamus caligine rursus opaca,  
Et multum tenebris oppletus inhorruit atris.  
Hic multum famulos efflantes pectore somnum  
Ipse uocans, afferre focus iubet oxyus ignem.  
Surgite, ferti citi, foribusq; repagula apertis  
Dejicit, o operum patientes, hactenus ille  
Clamabat: propere lychnis ardentibus illi  
Accurrunt iam parte donus properantibus omni  
Plena fuit seruis, iam clara in luce uidentes  
Exiguis manibus duo frigida monstra tenentem  
Alcidem puerum, tum leta uoce sonabant.  
Ille autem dextra serpentina monstra prehendens  
Extulit, atq; manu uersabat in Amphitryonem  
Altius, exultans, ridens, & morte grauatos  
Ante pedes patria abiecit quos uicerat angues.  
Ipsa sinu rapit Iphicium fidissima mater,  
Exanguem siccumq; metu: nec secius aufert  
Amphitryon alium sub tegmine uestis ouille  
Inuolvens puerum, solitiq; cubilia lecti  
Tum repetens, placidi reminiscitur ocia somni.  
Et iam tempus erat, dilucula proxima galli  
Conciuere alaces, terna uice uera loquentem  
Omnia Tyresiam uatem uocat anxia mater,  
Exponensq; noui causus miracula, iubebat  
Dicere, quid tali portendant numina monstro.  
Dic, ait, o uates, nec sit pudor edere, quicquid  
Vel si tripe etiam, denunciat ira deorum.  
Nec tege quicqd erit: nec epim ex mortalibus ulli.

Effugere

### EID YLLION XXXI

Effugere est quæcunq; deæ fatalia nerunt,  
Fila suum certo carpentes stamine fusum.  
Nunc tamen hæc uates doceo te cuncta scientem.

Hactenus Alcmene, cui talia reddidit ille:

Fœlèx prole bona sanguis clarissime Persei,  
Fide animo mulier: per enim mihi dulcia quondam  
Luminis, nunc cœca caligine perdita, iuro,  
Inter Acherias uiuet tua fama puellas.

E quibus innumera quondam data pensa trahetes,  
Per totos tua facta dies laudesq; sonabunt.

Ipse eris Argius decus & reuerentia famee.  
Talis in astriferum quondam ascensurus olympum  
Est tuus iste puer, talis uir in orbe futurus  
Heros magnanimus robusto pectore fortis,  
Cui totum cedent animalia cuncta per orbem,  
Omnes atq; uiri tanti uirtute minores.

Huic fato bis sex restat superare labores,  
Inde domos Iouis ingrediens habitabit olympum.  
Quicquid erit mortale feret Trachinius ignis.  
Ille etiam superum fiet gener: hic erit infans,  
Qzem nunc hi rabido morsu petiere dracones.

Hic erit illustris totum uirtute per orbem.  
Illa dies adcri quando lupus acer in altis  
Conficiens ceruim recubare cubilibus olim  
Non uollet appetere, aut atrocí ledere morsu.  
Verum age nunc curato, intus tibi lucidus ignis  
Ardeat aspalabi de lignis, aut paliuri,  
Aut spinosa rubi concidite ligna uirentia,

Effugere

THEOCRITI

Aut etiam siccii quod uentus mouit acherdi.  
His dein subiectos lignis incende dracones  
Tempore quo noctis puerum uenere uolentes  
Occidere; hinc cimeres sub primum syderis ortum  
Colligat, & fluuij ferat ad uada proxima riui  
Vna ministrarum, uenticij ad flabra secundi  
Spargat arenosis petris, non ipsa retrorsum  
Respiciens properè redeat tum sulphure puro  
Hanc primum lustrate domum, ramoq; uirenti  
Rite coronatam et mistam sale spargite lympham,  
Et suicitate Ioui porco madre sacra supremo.  
Sic uestris proprios uincetis uiribus hostes.  
Dixit, conuersuq; in sella ad seddit eburna  
Tyresias, multis grauis & iam debilis annis:  
At puer Argui qui filius Amphuryonis  
Creditus est, ut planta recens adolescit in agro  
Ubere, & aerias crescendo surgit in auras,  
Crescebat sub matre suos nutritus in annos.  
Litterulas puerum docuit Linus, inclita Phoebi  
Progenies, uigil & curis, atq; impiger heros  
Robustum neruis intendere fortibus arcum  
Eurytus ex magna genitu patre diuite terre.  
Sed canere & manibus citharam pulsare canoram  
Dicitur ostendisse Philamonides Eumolpus.  
At quæ diuitibus certamina cunq; sub Argis  
Commoquere uiri plantis perniciibus acres,  
Quaq; palestrite luctatoresq; tenaces,  
Et sua qui crudo committunt robora casu,

Inuenere

## EIDYLLION XXXI.

Inuenere artes, apud Harpalycum Phanopea  
Mercurio genitum didicit, quem nemo firebat,  
Ne per longa quidem procul interualla locorum  
Afpiciens, duro in certamine, tam fuit hirto  
Densa supercilio metuenda frontis imago.  
Sed coniungere equos curru uertente rotarum  
Ad metam radios ex campi tutu tenente  
Amphitryon puerū sapiens, et ad omnia prōptus  
Ipse met edocuit: namq; ipsi plurima palmæ  
Multiplicis, seruata domi stant præmia, currus  
Olim uictorem magna cum laude sequuti.  
Tunc quoq; qui stabant infra actis axibus illi  
Mœnia ad æripedum gregibus prestantis equorū  
Argeos, absq; ulla longo iam tempore loris.  
At longas torquere hastas, robustaq; latis  
Terga tegi clypeis, gladiorum ferre labores,  
Concertare uiris, aciem disponere, cautas  
Occulere infidias, turmas educere in hostem,  
Hostari posse, edocuit fortissimus armis  
Castor eques, qui uenit equestribus exul ab Argis,  
Mœnia quum Tydeus iam tunc Argiuam teneret,  
Adrausto cedente locum sortemq; paternam,  
Vmiferumq; solum: quo tempore non fuit alter  
Tot claros inter uirtute heroas ex armis  
Huic profugo similis, donec tulit integer illum  
Sanguis, et atatem non carperet ægra senectus.  
At sic instituit puerum fidissima mater,  
Illiis ut semper coniuncta cubilia patris

## THEOCRITI

Hæcerent thalamis, cui multum grata leonis  
Pellis erat lectus; consueta fercula cœnæ,  
Ignibus affa caro, atq; ingenti pondere panis  
Doricus, appositi de promptus ab ore canistri,  
Qui saturare etiam poscit fôssoris inanem  
Ingluuiem, crudisq; diurnæ tempore lucis.  
Et paucis contentus erat, nec prorsus ab illa  
Arte laboratas usiles, talesq; forebat,  
Quales uix genuum media internodia tangant.

Hactenus quidem Theogeritus. Deest enim pre-  
senti Eidylio finis, quem Ioachimus Camerarius  
Græcis versibus à se descriptū adiecit. (τ' ἀγρε  
Καδμὸν ὁρέ οὐ πολὺ πον χωρίσσοπαλαιό με  
πάσωκῶν ήλιον λάσφον καὶ λυγήν αὐλοις έρμων  
εἰς τε διὸς μικκὸς μηδὲ τὸν ποτῖς, ἀπλά μέ  
γισθείσεις. (ώμοις.

Ἐαγόμενος, πρκατ' οἰσόμδηος μέγαν οὐρανὸν  
οὐ γορέοι ὡς πόλλων παΐοξα καὶ αὖτε λεμνὰ  
Δῶκε φορῆν ἐνὸς ἐκ πεντηρος οὐντει ἀπλόφω  
Ζανὸς ὃς ήλθεν οὐφ' ἐν εναπτ λέχος ἀμφιζύω  
οὐτε σωκος νομᾶν, οἵτε ήν παλγρενίσ) (νος  
εἰλόμδηος πυρὶ λαμπαμένῳ, κασσων ἀμπνο-  
γαῖς, (ρασ.

Ηφαίστον φίλασθωρέχθρασ πεξόντες ἀφή-  
ωντει πάντα τέ τυχοσσοντο χθονί πίγνετο ἔρχεται  
παγρέπων θαλισιτε καὶ παλέμοιο κοδομοι.

ζωσ

EIDYLLION XXXI.

Ζωστε καὶ Φοβεραὶ κεφαλαι πίνυρ μρακέγγ,  
ἐν δὲ τῷ λίμνη πρεσβείας ἐμφιέστησ,  
εὐχὴ θεῶν μακεψών ιερὸς κατ' ὄλυμπον ὅπει

λος.

τῷ πονηρὸς καὶ κόκυον ἀρκτίου ψιδὸν ἔπειθε  
αὐτῷ τὸ οὔτισε μηρὸν ἀρνοστείχοις τῷλάτσ,  
χ' ὄντισμὲν οὐδὲς οὐδὲκ' ενσφύρσει λεκένων  
ἀλικίκες ὄφες οὐδὲ πάγλασιν ιστε προσσόπῳ  
ενεβαῖον κατὰ λῶμα φίλης οὐ πούνασι ματὸς  
ἔτεφετ' ἐν θελικάμφῳ μάλα ἔπειρπεινῆας.  
ἴδη δὲ τὸ χλοερότερον πικάσσερον εειδί γινεῖσιν  
ἀκμάζοντας ἐκείνουν. οὐδὲν εἰς δῶν πνιγίας  
Φοίτα, οὐδεμενιν μεμάως, χ' ἡρωσι μαλάδη  
καὶ θήσος οὐλοτόφοις ἀρκτίας Φοβεροῖς τε λέ  
ᾶσα, ἥδη δὲ πίρασος οὐδὲ πάσις ἀλκαλοιο, (σὸν  
μητρόσος ἔχειαμεις ένις ήρακλείης. (νόμικη  
δὲ τότε πέπονθοις ἐπέμπετε ἀγῶνασσε  
ηγοῖοι γιναμένοι ὅμερόφεταρ, τεινότεροι χ' ἡρω  
δέξα πατέντες θάστατον τῶν οὐρανοῦ ἀναβάν  
τῶν ἀντεργενῆσις ἀμφικτυοῖων Καστλίσορ,  
ἔνθ' οὐδὲ δύνιεμεαῖον ἐλάων σύλισε λέοντες  
σέρμαστε ἀμφιποείς μήνοις ήρην (τοῦ ἀέθλοις  
ὅσοις θύρωδεις ἐπέτεκται οὐ πάνιορένοι.  
αὐταρέτων δύνι μικκὸν οὐμνύσσεις ἀμφιρύσονος  
παῖσι κικλικούμφου κρείτριτος οὐ μυήσομεν  
αύτοῖς.

## THEOCRITI

Hos ita uertimus.

Venator uero montes sylvasq; peragrans,  
Haud unquam sine fuste feras sectatus agebat,  
Aut timidas ceruas, aut pictos corpora lyncas.  
Tunc equidem teneris, & adhuc impubibus annis  
Filius ille Iouis parvus, sed & inde futurus  
Maximus, atq; humeris magnum latus olympum  
Nang; illi nondum telis metuendus a pollo,  
Ipse suos arcus dederat, celeresq; sagittas.  
Quum tamen ipse etiam patre proditus esset eodē  
Ex Ioue, qui cum formosa consuecerat olim  
Alcmena, thalamosq; deus mortalis inibat.  
Nec clypeum uersare manu tum robur habebat,  
Flammifero lucentem igni, radijsq; micantem  
Astrorum adsimilem, quem fidus Multiber illi  
Vulcanus dederat, pulcherrima munera, quamvis  
Iunonis faber ille inimicæ filius esset.  
In quo cuncti inerant quos gignit terra labores,  
Lætitiae risuq; hominum, saeuq; tumultus  
Bellorum & uarijs animalia picta figuris  
Omnia, seu ornataq; minacia colla draconum  
Atq; lacus senio uenerabilis Amphitrites,  
Diuorumq; sacer coetus, quos regia cœli  
Dives habet, quo fretus ademit Marte creato  
Eluctantem animam Cygno, Cygniq; parentem  
Vulnere conciso percussit in ingume Martem.  
Sic Iouis ille quidem & formose filius idem  
Electryoniadis, dum flos etatis ab ipso

Ore

## EIDYLLION XXXI.

Ore renidebat, primaq; uirebat in herba,  
Prima tulit claris nutritus tempora Thebis  
In chare genibus matris, iuueniliter alta  
Delectans uerunq; adeo uirtute parentem.  
Verum ubi iam molli tenues lanugine male  
Vestirentur, et in fortis adolesceret annos,  
Tum uero strepitum Martis meditatus & arma  
Conseruisse uiris, fortesq; lassere bello  
Heroas, magnasq; ausus presumere uires,  
Aggrediens ursaq; feras leuosq; leones,  
Et quecunq; colunt altas animalia sylvas,  
Sæpe sue solus conficit robore clauæ.  
Sed postq; Amphitryon senio est confectus inerti,  
Cui coniunx Alcmena fuit, magni inclita mater  
Herculis, ad durum uis hunc Eurystheia fati  
Misit in humani laturum iussa tyranni.  
Namq; ea nascenti pueru uis indita fati est,  
Quum pater ipse dolo captus Iunonis inique  
Iurauit cunctis Eurystheia iura daturum  
Regibus ex sece geruis: postquam impiger autem  
Tergora raptori Nemees detracta leoni  
Induit Alcides, digros eximde labores  
Suspiciens, horrenda tulit certamina, quanta  
Qualiaq; Eurystheus iniuctum ferre iubebat.  
Nunc quoniam purri, qui filius Amphitryonis  
Creditus esse fuit, ce'brauimus Herculis acta,  
Carmina de hinc maiore sono meliora canemus.

Sequenti Eidilio principium, sicut & prece-

THEOCRITI

denti finis deerat, quod et ipsum ab Iachimo Cae  
merario scriptum, atque hic appositum est.

ΗΡΑΚΛΗΣ ΛΕΟΝΤΟΦΟΝΟΣ,

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ ΑΒ

Μήνιστω τὸν Διός πάτερα ἀνθρώπων τὸν

**Y** λαέργεφν (ξεόγυτων.  
Σωῆτε, ὁ πάτερ λέωνος δομένους μοιρῶς  
οἷς προφανεῖς ἔρυσας καὶ πολεος ἰστεα γαί  
ἐκ τοῦ ἀνθροῦ ἀδίκων ἐν εὐρώντος ἀγριοδάτων (καὶ  
καὶ πόκερ ἀναρροφῶν πλυνθάμμοντος κλινθο-

ἄλιν

Ἐνθα δὲ ἀντίκης ὑπδιονίδες βασίλευε  
ῷ τόσαί εἰ λίγρες τε βέσεσ καὶ ἴωτα μῆλα  
ἀμπεδίον βέσκοντο καὶ ἐπίκατάκεντο  
ώτε νομάς ταλάνεις ταῖσσας πίγνεοθι ἀμαρύσος  
ταύρων τοῦ λόιστον ἐπέμρυθος; Οὐς ύπερ κόπρος  
ἀκεῖτο εἴθα μὲν οὐδὲ μέντος πρόσωπον,  
καὶ τὸ μὲν ἄλιμος μεγάλην ποτὲ μιθὸν

ὑπέσκι (σηρ

ἄνθέκα φρέμματα ταῦντα, τεῦχινθι μετέστ  
οφάδι αὐλείνεις πριμνία μακρὰ καεμύσης,  
ἀλλ' ὅππως σ' ἀσάτησ' ἐσδέητο τούργανσι τέ

λεωκας (Φυλεύς,

τοίος ἄμα ἀντέδην πατέρα προλιθῶν κιέ  
μέμοι κέ πν' ἄλλως ἐτείγεσθε δίω.